



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

16. An liceat apponere carnes hæreticis diebus abstinentiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

mulis liberis inservientibus hæreticis : Qui tamen occasionem debent quærere murandi Dominos , qui ipsis permittant observantiam Religionis suæ Catholicæ , & præceptorum Ecclesiæ. Quod etiam dicendum de auditione Sacri diebus festivis.

ARTICULUS XVI.

An liceat apponere carnes hæreticis diebus abstinentiæ.

Hunc casum proponit Lessius ubi sup. casu. 13. inquirens utrum hoc facere possit famulus pro Domino suo hæretico. Et resolvit affirmativè: dummodo Dominus non ostendat se petere carnes in contemptum Ecclesiæ, & sine gravi damno non possit hoc negare: sic enim appositio carniū quæ præcipitur famulo, non est illa quam fortè Dominus internè intendit, sed mera manducatio aut sensualitas, quam non tenetur famulus cum gravi suo damno impedire. Unde sequitur quòd hoc nullatenus liceat, si Dominus aliquo signo ostendat suam pravam intentionem, scilicet odium fidei.

Et idem dicendum de caupona habitante in locis hæreticorum; non autem de illo qui habitat in partibus Catholicis, ibi enim non

G

potest

potest carnes etiam hæreticis apponere, quæ cumque intentione petant, nisi causa infirmitatis, quæ etiam Catholicos eximeret. Ita Lerman lib. 2. tract. 3. capite 13. n. 4.

ARTICULUS XVII.

An liceat Catholicis in locis hæreticorum aperire officinas diebus festis Ecclesiæ.

DE diebus dominicis nulla est difficultas quia hæretici illas exactissimè observant. Sed quoad dies festos; Respondetur: si Catholicus officinam aperiat propter uniformitatem cum aliis civibus, aut ne merces necessariæ desint, hoc est licitum; maximè cum non sit intentio Ecclesiæ ut fideles sui in illis partibus hoc præceptum observent, ubi hoc moraliter loquendo est impossibile; quod etiam plus turbationis causaret, quàm utilitatis pro Ecclesiæ. Si tamen in aliquâ civitate Catholici passim hoc introduxerint, quòd officinas claudant diebus festis: Alii qui sunt in minori numero se debent illis conformare: per hoc enim observantia hujus præcepti redditur possibilis moraliter: ac proinde aliter faciens peccabit. Si tamen Princeps seu Magistratus hæreticus hoc fieri præcipiat in odium fidei & contemp-

tum Ecclesiam
nem Papam
suam præ
dat, tum
resolvit
clesiæ c
Et id
nis dieb
cos, ut
illis par
falsæ R
sunt fir
sine ull
qui esse

A

An sit

P
en
gravis
notabi
interve
tionem
non ob
ubi sin
tuntur